

nem, aut Hispanorum in legendis regibus inueteratum morem? Nemo omnium tam barbarus est, nulla gensta mfera, quæ florenti Imperio novos initiari Reges & quasi surculos inserere non consultissimum putet? Documento nobis præ alijs pluribus sit Changius primus omnium Rex Testatorum populi suffragio factus, ordinatus, confirmatus, qui Horotam filium in spem imperij Regem designauit. Superuacaneum esse arbitror Illustrissimi Auditores in profanis historicorum litteris perlustrandis multum studij consumere atq[ue] laboris. Vel ipsiis infantibus nota est cognitaq[ue] historia sacris consignata monumentis, Dauidem Saulo viuente à Samuele Prophetarum Coriphæo inunctum, futuri Imperij sceptra, omnemq[ue] potestatem accepisse: qui deinde Salomonem stupenda & admiranda sapientia miraculum gnatum per amantissimum longè ante vitæ suæ finem (quā pompā, quave solennitate, sacra refert pagina) inaugurauit, in cœlum itati subditorum dedicauit, adq[ue] actiones, Consilia & deliberationes eundem adhibuit.

Diuturnitatem hanc designandorum & constituendorum regni successorum conuincunt aquellationes præclaræ apud Spartanum in AELIO Vero existentes, & in l. si excepta. 7. C. de Malef. & Mathemat. Quibus in locis Constantinus ipse Iulianum Cæsar is titulo ornat, nominat & commendat. Egregius item legum vertex Vopianus in l. si curator. s. & in l. fiscus. 6. §. final. τ. de Iure Fisci, nominis huius mentionem facit. Probante etiam in Germaniâ Regum Romanorum inscriptiones: in Hispania Regni Infantum, Delphinorum in Gallia, Ducum Calabrie in solo Neapolitano. Ut verbo dicam, grauißima rationum, necessitatis & utilitatis pondera, hanc de quâ iam loquimur, futuri regni successoris præmaturam inaugurationem, Confirmationem,